Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



RIAS

comedistis et bibistis. nunquid non
comedistis uobismet ipsis et bibis
tis. Nunquid non sunt hec uerba
que locutus sum in manu prop
hetarum priorum cum adhuc ie
rusalem habitaretur et esset opulen
ta et ipsa urbs in circuitu eius et ad
austrum et in campestribus habitare
tur. Et factum est uerbum domini
ad zachariam dicens. Hec dicit
dominus deus exercituum dicens.
Iudicium uerum iudicate et mise
ricordiam et miserationes facite unus
quisque cum fratre suo et uiduam et
pupillum et aduenam et pauperem
nolite calumpniari et malum uir
fratri suo non cogitet in corde suo.
Et noluerunt attendere et auer
terunt scapulas suas recedentes
et aures suas aggrauauerunt ne au
dirent et cor suum posuerunt ut
adamantem ne audirent legem
et uerba que misit dominus ex
ercituum in spiritu suo sancto per manus
prophetarum priorum. Et facta est
indignatio magna adeo exercitu
um. Et factum est sicut locutus
est et sicut non audierunt sic cla
mabunt et non exaudiam dicit do
minus exercituum et dispersi eos per
omnia regna que nesciunt et terra
desolata est ab eis eo quod non
esset transiens et reuertens et po
suerunt terram desiderabilem inde

Et factum est. Certum
uerbum VIII
domini exercituum ad me di
cens. Hec dicit dominus exercitu
um. Zelatus sum syon zelo magno
et indignatione magna zelatus
sum eam. Hec dicit dominus exer
cituum. Reuersus sum ad syon et
habitabo in medio iherusalem et uo
cabitur iherusalem ciuitas ueritatis et
mons domus domini exercituum mons
sanctificatus. Hec dicit dominus
exercituum. Adhuc habitabunt senes
et anus in plateis iherusalem et uiri ba
culus in manu eius. Propter mul
titudinem dierum et platee ciuita
tis complebuntur infantibus et puel
lis ludentibus in plateis eius. Hec
dicit dominus exercituum. Si dif
ficile uidebitur in oculis reliquia
rum populi huius in diebus illis. Hec
dicit dominus exercituum. Nunquid
in oculis meis difficile erit dicit
dominus exercituum. Hec dicit do
minus exercituum. Ecce ego salua
bo populum meum de terra orientis et
de terra occasus solis et adducam
eos et habitabunt adhuc cum eis
et habitabunt in medio iherusalem et erunt
michi in populum et ego ero eis in deum
in ueritate et in iustitia. Hec dicit
dominus exercituum. Confortentur
manus uestre qui auditis sermo
nes istos in diebus istis per os pro
phetarum in die in qua fundata
est domus domini exercituum ut in
templum edificaretur. Si quidem
ante dies illos merces hominum
non erat nec merces iumentorum
erat neque introeunti neque exeunti
erat pax pre tribulatione et dimi
si omnes homines unumquemque contra

148

Zacharias.